e-codices

A uctionem hic faciam & vendam quicq̄d eſt. Interim
e amuſ intro frater. So fiat Meſ ſcitin quid ego uos rogo Men quid
Meſ P reconium vt mihi detiſ Men dabitur ergo nunc iam
Meſ v iſ conclamari auctionem fore quidem. Men die ſeptimi
A uctio fiet. Meſ menechine. Men mane ſane ſeptimi
v enibunt ſerui. ſupellex fundi ędeſ omnia venibunt quiqui
L icebunt preſenti peccunia. venibit uxor quoq; et ſi quiſ emptor
v enerit. vix credo tota auctione capiet quinquageſies
N unc ſpectatores valete & nobiſ clare applaudite.

PLAVTI. SAR. MENECHINVS EXPLICIT. INCIPIT MILES.

ARGVMENTVM

M Eretricem athenis epheſum mileſ auehit.
I d dum hero amanti ſeruuſ nunciare uolt.
L egato peregre; ipſus captuſ in mari.
E t eidem illi militi dono datus eſt.
S uum arceſſit herum athenis afferat.
G eminiſ communem ſuam parietem in edibus
L iceret, ut quiret conuenire amantibus.
O bherentis cuſtos hos uidit de tegulis.
R idiculus autem quaſi ſit alia deludit
I temq; impellit militem paleſtrio
O miſſam faciat concubinam q̄do celi
S enis vicini cupiat uxor nubere.
V ltro heat. orat. donat multa. ipſe in domo
S enis prehenſus poenas pro mecho luit.

ARGVMENTVM.

M eretricem ingenuam deperibat mutuo
A theniensis iuuenis: naupacti domum
L egatus abijt: mileſ in eandem incidit.
D eportat epheſum: inuitat ſeruos: attici.
V t nuntiaret domino facto nauigat.
C apitur; donatur illi captus militi.
A d herum vt ueniret epheſum ſcribit: aduolat
A doleſcens: atq; in proximo reuertitur:
A pud hoſpitem paternum medium parietem

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 137v – Plautus, Comedies
(http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/137v)